

- rex Romae precelsa novae quo sceptrā reguntur
 praetulit hunc nostra civibus urbe suis.
 istius auxilio longeva paterna senectus
 tuta regebatur, iamq. quietus eram.
- 15 virtus, ingenium, pietas, patientia summa —
 vae cui cum genito tot periere bona!
 sic blandus Bardis eras, ut foedera Grai
 servares sapiens inviolata tamen.
- 20 consul, post praesul genitor monumenta parabi
 cui fuerat cure condere membra patris.
 o mihi non prolis tantum, set collega fidus,
 cui tantos linquis quos tuus auxit amor!
 nutritus obses Arichis moderamine sancti
 salvasti patriam, permemorande, tuam.
- 25 sex quater et binos hic iam transcenderat annos,
 cum flamen Christo reddidit aethre suum,
 vita senis tenuis post nati funus acervum:
 post illum paucis credo dieb. eam.
 lux te praecedat Christi, karissime fili!
- 30 sancte Ianuari, quod peto posce deum.

⊗ dep. est XII kal. Oct. imp. novo
 Constantino et Hereni Aug. anno XIII ind. XII.

1 gestas P(ellegrino), gestans V(allembertus), gestat C(apaccio).
 3 am Schluss, ebenso am Schluss der Zeilen 7. 13. 15. 17. 19. 21. 25.
 27 und Z. 32 nach ind. Epheublätter bei V. 4 murus CP, numis,
 aber übergeschrieben nurus V. 5 vos P, ubi, übergeschrieben ibi V,
 nos C; fleta, übergeschrieben flete, V. 9 cunctis in verbo V, cunctis
 verbo P (woraus Pratilli im Wiederabdruck durch Interpolation cunctis
 verbo ceu gemacht hat), cunctis in verbis C; promptus C; in actu P.
 in actu et V, in actis C. 10 sollers P. 11 praecelsa VC; novo C.
 12 hunc PV, hac C. 13 longaeva C. 14 iamque VC. 15 patientia
 summa PV, sapientia multa C. 17 gratis C. 18 servaret C.
 19 paravi C. 20 curae C. 21 proles C; sed C. 22 auxit PV,
 arsit C. 23 sancto C. 26 reddidit aethre PV, credit esse C.
 27 acervum C. 28 diebus VC. 29 charissime C. 30 posse V.
 31 depositus PC; imperante C. 32 hereni P, herenni V, irene C;
 XIII PV, XIII C.